

Universitätsbibliothek Wuppertal

Plvtarchi Chaeronensis Moralia, Qvae Vsvrpantvr

Svnt Avtem Omnis elegantis doctrinæ Penvs : Id est, varij libri: morales, historici, physici, mathematici, denique ad politioem litteraturam pertinentes & humanitatem : omnes de Graeca in Latinam linguam transscripti summo labore, cura, ac fide

Plutarchus

Francoforti ad Mœn, M.D.LXXXII

In quæstiones seu capitulorum descriptionem

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-289](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-289)

448.27. Absq; igni multa fuerunt.] ὁ Δατος δὲ ὑδὲ ὁδὸς.
 etiam si ἀνευ ἀπὸ κοινῶν repetas : tamen non satis hac coherent.
 Fortasse hoc vult dicere. fuisse aliquādo hominē absq; igni, absq;
 aqua nunquam. Id si ponamus, πολλὰ in ποτὲ mutandum es-
 set. Videtur ἀεργύμασμα alicuius potius esse eruditi hominis,
 quā scriptū Plutarc. illius magni. Infr. μερίδι τῆ ἀπὸ φύσ.
 ante ἢ requirō ἢ. Scriptus post μεθῶδω habet insertum δεῖται.
 451.1. Quæ maxime feruntur.] καὶ τὰ μάλιστα. καὶ loco περὶ
 reposui errorem notarum affinitas peperit. περὶ etiam scriptus
 habet. Supra vbi est οἶνον καὶ καρπῶν scriptus (quod magis pro-
 bo) καὶ ἀκαρπῶν habet & pro πνεῦμα μὲ πνεῦμα δὲ. Sunt & a-
 lia, sed leuicula, neq; volui μύρον ἢ φακῆ, quod aiunt, adhibe-
 re, id notatu dignum est. 451.13. ἀκμὰς εἶπες ὀπρῶσθαι τῶν ξυ-
 γῶν legendum, non ξηρῶν, quod mendum in scripto etiam est. ἰδὲ
 illud ἀπὸ ἄλλης ἀρχῆς, distinguendum erat à præcedētib. noua
 enim proponere intendit argumēta.

452.21. Tenebris obrinēnibus.] ὅτι σκότος Suspectum er-
 roris. Coniūcio forte legendum, ὅτι καὶ εἶπες. Ita quidem liquida
 esset sententia, alioqui quid est tenebras vigilare? Loquitur de
 industria humana, ad quam vigilia etiam facit, nocti partē sui,
 vt Aristo dicebat, vestigialis suffurās, quod sine ignis beneficio fie-
 ri nō possēt, tenebris industriā vigiliæ impediētib. Profecto vitā
 vigilia est, inquit Plinius. In scripto annotatū vidi pro ἐργῶσθαι
 legi ἐργησθῆναι. In fine pro ἕξαμια est ἕξαμια in scripto,
 quod docti me non frustra annotare facile intelligunt.

IN QVÆSTIONES SEV CA-
 pitulorum descriptionem.

Hunc librum Plutarchus in Camillo & Romulo citat sub
 nomine ἀπὸν & ἀπὸν Ρωμαίων. Vulgo problematū
 titulo citatur. Adieci margini numeros, qui faciliora inuentu
 & notatu singula facerent.

453.24. Pluribus ædiles.] Σὺν τοῖς ἀγορευμένοις πλείονας.
 Hic locus est corruptus, credo hanc esse sententiam : Prætores
 tribus

tribus vsos facibus, pluribus adiles. *Χρωμένων* legendum, non *χρώμενον*, liquet Et *μειζόμενον* pro *μειζόμενον*.

454. 24. Sed cōscenso tecto in domum demittunt.] *τῷ κεράμῳ προσελάοντες εἶσω χερδιᾶσιν ἀπὸς*. Quid si legas, sed ū conscenso tecto sese inde in domum demittunt? Hac quidē lectio cum Varroniana fabula melius cohererebit, & vnica leuis in asperum spiritū mutatione consicietur, vt *αὐτὸς* legas pro *ἀπὸς*. 455. 9. Hysteropotmi.] *ὕσερο πόμους*. interpres *ὕσερο πόμους* legit, itaq; legendum credo, ignarus liber'ne ei, an vero iudicium hanc lectionē suggesterit. vox enim ea significat eos, qui crediti iam fati suo defuncti, denuo ei seruire opus habent. in proxima questione.

455. 24. Multifq; locis adscribitur.] *πολλὰ γενέσθαι* non probo forte *πολλαχῶ*. res est nota.

456. 15. Futilissimum putarent.] *Lego φαυλότατον ἢ ἔμενοι*. legebatur ἢ ἔμενον, sed male. Verba antecedentia satis obscura sunt. neque piget interim sententiā de iis meam aperire. *ὁ πνευρόθισταν* inquit. Suspecta vitij & illiberalitatis erant Romanis donationes coniugum, nimirum quod non ab animo liberali profectae, sed adulatione coniugis extorta essent: quomodo etiā donationes mortis causa factas, ad vxoris petitionē, irritas esse voluit Solon. non minus quam vi extortas. quia nimirū non minus praue fit, quod illecebris voluptatis obtinetur, quam quod vi. corrector bene reddita à Lucensi, inscite notauit.

456. 32. Confidentis viri.] *πισέοντι* & *δρά*. *ὅτι* legebatur notis ob similitudinem confusis. Sed linea sequente *ἔτι παρατηρήσει σπᾶ δ' ἄσιν* male coherent. *lego ἐνέδρα. χὶ παραλήψεις: σπᾶ δ' ἄσιν, &c.* Non me fugit, doctissimos homines è Tibulli 1. 3. huc respicientes, dissentire. versus sunt:

Tunc veniam subito, nec quisquam nunciet ante:

Sed videar caelo missus adesse tibi.

Ego quod sentis, plane dico. Deliam non fuisse vxorem Tibulli constat. itaq; nihil ad rem haec consuetudo. Alibi plura.

458.20. Sp. Carbilium.] *sue malis Caruilum.* Καρβίλιος, non καρβίλιος. Sic Latini & ipse Plutarchus in extremo Romuli ac Nume proxima questione.

458.27. Nullos posuit.] ὄρεσ ἐκ ἔθνεσ. ἐν codex noster non habebat, neq; interpres neque Aldinus liber, nam in scripto nostro hic liber desideratur, sed & sententia id flagitat, & confirmat historia. In problemate XVI ἀλατὸν ἔστι scribo, in duodeuigesimo ἀφθίνος & ἀλάρην pro ἀφθίνων & εὐτάρην repono: & in decimonono, pro κατεσθίνσαν, κατεσθίνσαν, in pronta causa est.

460.10. Tunc enim in ipsa quoq; natura.] *Sententiam* puto *ne* veram extulisse, nam in Græco hæc verba γίνετα γὰρ αὐτοῖς, &c. manca sunt.

460.25. Murtia Venus.] Μερτίαν Ἀφροδίτην. Plinius libro 15. cap. 29. *Quin & ara vetus fuit Veneri Myrtæ, quam nunc Murtiam vocant, ita legitur in Frobeniana optima editione.* Is locus facit, vt μερτίαν potius legendum suspicer: nam illud ὅς εἶκοιεν Plutarchi hoc loco videtur referendū ad mutationem v Græcæ litteræ, in Latinam u, que in Sulla, murratum, & aliis nota est. & Plinius ita innuere videtur à myrtæ eam Venerem dici. Sed apud D. Augustinum profertur Dea Murcia sic dicta, quod præter modum non moueret, ac faceret hominem, vt ait Pomponius, murcidum, id est nimis desidiosum & inæthuosum, lib. 4. de Ciuit. Dei, cap. 16. Apud Festum vbi vox Murcidus exponitur, mox Murcia Dea subiicitur, quamquam in litteris erratum ibi esse possit: aliterq; in Antonij Augustini nobilissima editione legatur. Apud Varronem libro IV. de lingua Latina hæc sunt, que scripturam rursus faciunt ambiguam. Intimus Circus ad Murcium vocatus, vt Proculus aiebat, ab vrceis, quod is locus esset inter figulos. Alij esse dicunt à murteto declinatum, quod id ibi fuerit, cuius vestigium manet, quod ibi sacellum etiam nunc Veneris Murcia. Addam hoc loco quod videtur non tam soluere dubitationem quam tollere. Apparet, inquam

Græca nulla videatur esse, vt in K pro Kasone seu Casone Fabiorum pronomine. Hoc addo, iube sententiam hic non extare citatam, sicut fuisse puro, ab autore integram. Quæ Macrobius habet Saturn. 1. 15. digna sunt cognitu: digniora, quæ Varro lib. quinto vt alios taceam. Hac animi causa scripsi, cum mihi ista recognoscenti veniret in mentem, amicum quendam meū aliquando, nescio sane vbi istas edoctum argutias, mihi hunc nodū soluendum proposuisse: Græci non vtuntur Kalendis: ergo non debent scribi Græca littera Kalendæ. quasi vero quæ in Romanis Kalendis exprimentis vtuntur, non sit Græca ipsis assertoribus littera? aut K perinde atq; Y non liceat retinere originis testanda gratia? ne adijciam, Eiduum quoq; vocem à Græco re peti sermone.

462. 4. Morem hunc amplificauit.] $\alpha\epsilon\sigma\sigma\iota\alpha\gamma\epsilon\upsilon\omega\sigma\omega\epsilon\rho\phi\iota\lambda\epsilon\iota$. mendum esse nemo non animaduertat, sensu interim euidente fortassis $\alpha\epsilon\sigma\sigma\eta\gamma\epsilon\upsilon$.

462. 27. Sicut contra.] $\alpha\delta\epsilon\iota\sigma\tau\omega\upsilon\omega\sigma\omega\epsilon\rho\alpha\upsilon\tau\delta$. lego aut̄ τὸ. Mox ἢ χ τὸ τῷ δέμῃς.] Lego ἢ quartā. n. opinionē exprimit, nisi fallor.

463. 18. Lucido & illultri.] $\tau\omega\delta\epsilon\phi\omega\tau\epsilon\iota\omega\phi$. ego δὲ iure me omisisse puro, non habens cur suspicer aliquid detriū ante hæc verba esse. Post $\beta\alpha\phi\eta\chi$, lego $\kappa\alpha\iota\beta\alpha\phi\eta$ potest enim inquinari albedo. Sed tinctura lanam albam non facit: nisi eam intelligas, quæ rudia lintea identidem madefacta, solis vi aquam, vnaque sordes exhalante, albedinem consequuntur.

465. 2. Vñ sunt peculiariter.] $\alpha\lambda\lambda\omega\varsigma\kappa\acute{\epsilon}\chi\epsilon\lambda\omega\tau\alpha$. improprie, vsurpatiuè. $\epsilon\kappa\iota\delta\iota\omega\varsigma$. Caius non omnium virorum prænomen est, neq; Caia mulierum, neq; Titius ciuium, neq; Stichus seruatorum. quod autem cuius adhibentur, fit vsurpatione quadam, sicut Dialectici & Mathematici suos terminos vocant α . β . γ . &c. Hoc ergo est $\alpha\lambda\lambda\omega\varsigma\chi\rho\eta\delta\alpha\upsilon$. $\alpha\lambda\lambda\omega\iota\varsigma$ legebatur, quod loci vim obscurabat mendum.

465. 6. Cui Caiæ in sancti templo.] $\epsilon\upsilon\tau\omega\tau\omega\upsilon\delta\acute{\alpha}\gamma\kappa\lambda\upsilon\iota\sigma\tau\epsilon\phi\omega$. Interpres: In Sanctæ templo. & citatur in margine nescio

nescio cuius opera, Plinius. 8. 48. Vbi legatur M. Ancus. Quod ego quidem si reperissem apud Plinium, non veritus fuisset mendis arguere, cum neq; M. Ancus vllus sit nobilitatus, neq; nomen Ancus, sed prænomen videatur: & Anco Marcio Romanorum regi diuinos habitos honores nemo facile animum induxerit vt credat. Verba Plinij liber adscribere, tum aliorum. Lanam (inquit Plinius) cum colo & fuso Tanaquilis, que eadem C. Caccilia vocata est in templo Sangi durasse prodeunte se, autor est M. Varro, & c. August. lib. de Ciuit Dei, 18. ca. 19, Sabini, ait, regem suum primum Sangum, siue (vt aliqui appellant.) Sanctum, retulerunt in Deos. Hic locus videtur cum Plutarchiano iunctus, multorum bonorum scriptorum locis explicandis inseruire. Est apud Sex. Pompeium: propter viam sit sacrificium quod est proficiendi gratia, Herculi, aut Sanco qui idem est Deus. Et annotauit quidam in margine, Ianum quosdam pro Sanco legere. inepte hoc quidem. Cultum fuisse Sabinis siue Sancum, siue Sanctum, etiam Lactantius 1. 15. docuit: & eadem esse vocabula ad modum est probabile, vt & hoc, ritum Sabinum, à Sabinis, præsertim Numa. fuisse ad Romanos propagatum. Iam Sanctum & Fidium idem omnino valere, & esse eiusdem Dei attributa, dubitari non arbitror. Qui Dionysium Halicarnasseum citant, Sabinum gentis Sabine auctorem ab eo ex Porcio Catone aiunt perhiberi filium Sancis vel Sangi (c. & g. litteras eiusdem prolationis permutari nouum non est) demonis illorum locorum. In Greco male legi puto Σάπυς pro Σάργυς. nisi forte Σάβυς est legendum. Nam Sabum Sabinis gentilem eius fuisse, qui Sanctus Latinis fuit, colligi è M. Catonis Originibus potest. Silius Italicus libro octauo rem videtur explicare.

Ibant, & lati pars Sanctum voce canebant
Autorem gentis. pars laudes ore ferebant
Sabe tuas. qui de patrio cognomine primus
Dixisti populos magna ditione Sabinos.

Sed additur eundem à nonnullis vocari Δία Σίσιορ. quod est Iouem

Iouem Fidium. at is fuit Hercules, vt ex Ouidio liquet 6. Fastorū. Querebā Nonas Sancto, &c. Varro lib. IV. Aelius Gallus dñi Fidiū dicebat Dijouis Φ . Διδασκρον Castorem, & putabat hunc esse Sanctum ab Sabina lingua, & Herculem à Graeca (Hinc adeo sciri potest, quid sit me Hercle, & iurare per Fidium.) Optimeq; id cum eo congruit, quod Sabini sunt habiti Lacedaemoniorum (hi autem toti erant, vt sic dicam, Herculei) coloni. quod & apud Plutarchum in Romulo & Numa est, & apud Dionysium Halicarnassem eadem pagina, nimirum libro secundo. Cetera omitto, contentus me docuisse, Sanctum cum hic tum alibi recte legi. Addo tamen, Propertium hanc lectionem non modo confirmare, sed & rem explicare. Sic enim scribit lib. IV. in elegia de Caco:

Nunc, quoniam manib. purgatum sanxerat orbem,

Sic sanctum Tatia composuere Cures.

Sangum alij dicunt: & Sanqualis porta, proxima adi Sanguis, apud Paulum ex Festo legi debere puto. Sanguis etiam apud Liuiū legitur, cum Semonis cognomento, lib. IIX. vnde apud Ouidium dicto loco legendum, An tibi Semo pater, non Semipater, docte obseruauit in Varronem Scaliger. In XXX. questione quod legitur τὸν τάλαρον τάλασον, &c. legebatur etiam in Aldino, τὸν τάλαρον τάλαντον ὀνομάζουσι, omnino perperam. Quis vero pro τάλαντον, cum calathum significare vox ea debeat, non malit τάλασον legi, vt ad Talasii vocem sit aditus ac commodatus? Litteram σ aliquando in σ mutatam non nesciūt eruditi, cum praesertim Papisii & Fusij videm sint qui Papiij & Furij, & honos pro honore, odos pro odore apud Plantum ponatur. & Lasēs pro Laribus dictum Varro lib. 5. notauerit: cuius generis etiam sunt loebesum pro liberum, quasere pro quarere apud Festum.

466.9. Obluionem fluium.] τῆς λίθης ποταμὸν. Inter pres Lytham flumen, nescio quid secutus. Certe lectio nostra est genuina. Sic enim in Liuiana epitoma LV. legitur. D. Iunius

Lusitaniam urbium expugnationibus vsq; ad Oceanum perdomuit: & cum fluvium Oblivionem transire nollent, raptū signi fero signum ipse transtulit, & sic vt transgredereentur milites persuasit. Idem nomen est apud Florum lib. 2. cap. 17. & apud Liviū Oblivionis mentio 4.22. Apud Strabonem libro tertio menda insedit. Meminit huius rei. & hanc opinionem D. Bruti refert Tullius lib. 2. de Legibus. In fine questionis huius τὰρον pro τὰρον manifestum est legi debere.

467.20. Reparare aut instaurare.] καὶ μήτε προσκωμῆν. Hoc verbum quī huc pertineat, non assequor, neq; tale quicquā habet interpres, qui resarcire vertit: an ex libro alio, & alia scriptura, an ex coniectura? Forte προσκωμῆν aut tale aliquid fuit. In questione quadragesima, 468.29. Aut alia quidē.] τὸ δεῖον ἢ τὰ μὲν μόνον τῶ ἱερῶν legendum omnino est. nam tertiam causam afferi liquet. & ἢ particula omīssa totum locum confundi necesse est.

470.1. Hunc contra situs est.] λέχεις, id est, oblique, πλάγιος. Loqui videtur de alicuius dei simulacro, cui Saturni imago opposita fuerit. λέχεις nihil significat, quod quidem recordari possum. & constructio non patitur hic verbum: neq; enim cum ἀνὴρ ἐλοῖτο cohereret. Sub finē prioris questionis Συλλάτοι malim Συλλῶι. Scribuntur enim Suillij. Mox pro Νοῦς δὲ ἴσας restitue Νοῦ δὲ ἴσας. Non enim hanc vocē ignoravit Plutarchus. In problemate 44. pro εὐσεβῆς quin sit legendum ἀσεβῆς, dubitari non debet. male enim pietas cum periurio coniungitur. 471.5. Hortæ templum.] ὄστας aspirate scribendum, cum ab hortando dicatur. Sed Antistichum Labeonem, nobilem rerum Romanarum scriptorem, in Antistichum Laconem librarius nimis rudis mutarat. vel ex Gellio potuit esse notus. vocem κλεινύειν non novi, sed plane suspicor eam pro ἐλινύειν obrepssisse. Quæ autem de Hora ab hortando dicta referuntur, Græcā sunt, neq; lingua Latīna consentanea. quod bona cum venia Plutarchi dictum velim.

472.6. Vt Ateius.] Legi enim ὡς Ἀτήιος. Scribebatur ῥήιος. ego Teium scriptorem nullū noui rerum Romanarum. nam nomen est Teius, non gentile (scripsisset enim ὁ ῥήιος) vt Anacreontis. Itaq; Ἀτήιος reposui. nam Ateius Capito, vt rerū Romanarum scriptor à Gellio (siue is Agellius est) citatur in non admodum absimili argumēto. 1. 12. qui hoc ipsum ex Fabio Pictore refert 10. 15. 472. 31. Quæstione duodequingagesima Cōsalia scripsi, non vt apud Varronem lib. 5. & alios legitur Consualia: Gracum secutus & analogiam. Sponsalia enim dicuntur, Vinalia, Vulcanalia, nō sponsualia, Vidualia, Vulcanalia. id obiter monere libuit. Quæst. prox. 472. 32. Ad puniendū factos.] ποίνυμοι δαίμονες: lego non πόνυμοι, quod nihil significat, aut certe si significet, ad rē nihil facit. statim, Canum exuuiis.] δ. δ. ἔγ. ἄν. ἔγ. ἄν. credo ex κυνῶν esse factum.

473. 6. Aut quia venuste boni.] ἢ διὰ τὸ χενσὺς κομ. ἴ. ὤς. Hic locus totus est deprauatus. adscribam quomodo emendem. ἢ διὰ τὸ χενσὺς κομ. ἴ. ὤς λέγεσθαι τὴς τελευτῶντας, αἰνιτίζοντες διὰ τῆς εὐχῆς αἰῶνται, & c. item γε γράφουσι οἱ σὺν, μὴ δὲ ἄρα χενσὺν ποιεῖν, & c. Me autem recte emendare, nihilq; temere mutare, cum ipsa loci sententia, tum quintum de rebus Gracis problema Plutarchi abunde demonstrant. κομ. ἴ. ὤς autem, id est venuste ait lenia nomina rebus duris & abominandis imponi, quod genus ὁ πορορισμὸς etiam in Solone exposuit, & nos mortuos, miserosve aut leprosos simili figura appellamus gutt. Itemq; apoplexiam. Hæc si considerasset interpres, rectius expressisset sententiam. Idem pro μάνη legit vt apparet μόνη, quod minime probo. Videtur autem ea esse, quæ apud Varronē lib. 8. & Macrobiū 1. 7. Satur. Larum mater dicitur, & à manando diserte Plutarchus deducit. In sequenti problemate.

473. 13. Ludis Capitolinis.] Ἰὺς Καπιτωλίοις, lectio est incongrua. Legendū τοῖς Καπιτωλίοις, aut sacra intelligas triū phalia, quib; πόπα in Capitolium ducitur. Vide Plutar. Romulo, & Festum, aliosq; 27. Sp. Carbilio.] Grammatico infra

questione LIX. Quod aut problemate LV. traditur aliquāto aliter est apud Lium lib. IX. In 57. questione post ῥομανάλιν de est συκῆν aut aliquid tale. historia est nota. In 62. φητὶ ἀλίον scriptum puto vt & alibi sexagesimatertia. 476. 17. Nisi in sacris seruire.] βυλεῦεσθαι δοκῶσιν. omnino legendum est βυλεῦεσθαι. Et in 65. 477. 1. Vbi etiam legitimis.] Legendum pro νόμοις haud dubie νομίμοις. In 67. pro λῆτον credo scribendum λιτόν, quod publicū, vulgare, ideog. etiam μεταλήσει tenuē, exile, non magni precij significet. Alioqui λειτοργῆς scribi notum est, & de voce ληϊτὸς seu λειτὸς (leuth) Plutarchus alibi. abundat autem hic alterum ἐν πολλοῖς.

478. 8. Furcam.] σῆεγμα. lege, non σῆεσα, quæ vox idem est quod βλίττει. Ego meæ emendationis autorem habeo Iulium Pollicem, libro Onomastici decimo, cap. XXXIV. Cum quo faciūt, quæ in Coriolano noster hac ipsa de re habet.

479. 2. Cum neq; victimam.] εἰ μήτε ἱερεῖον. omnino scribi vult constructio, non μήτις : & pro πάρωσις. lego πάρωσις. Questione proxima, ἀποδρωπαῖον καὶ μειλίας, lego μειλίχιας quod est blanda. Sic & interpres. Sed quod ἐνελπίδος bis legitur, mendo non vacat. Quæst. LXXV. pro ἐπερώρων vsū linguæ & regulas secutus scribo περρώρων, & genitiuum ζῶα in datiuum ζῶον muto. In questione 78. pro ἀφείναι malim ἐφείναι.

481. 19. Locum adsignari.] ἔχῃ σίασθῆν. ne suspicari quidem possum in cuius vocis locum hoc monstrum surreperit. interpres omisit. Meminit moris huius Valerius Maximus lib. 2. cap. 3. inuitari prius, & post ne venirent orari consules scribens. Cæterum questio 81. sub finem plane mutila est. Questio. 83. ἐδόξεν ἀναρεῖσθαι. Forte ἀνερέσθαι. Res à Lio post Cænensem cladem exponitur Lib. XXII. sed aliquāto aliter. Interpres pro Butetio Verusium dedit, nescio quid secutus.

483. 27. Definiri non possunt.] ἀδύνατόν ἐστιν lego. Causa, inquit, cur à media nocte diem inchoent Romani, hæc est, quod ab ortu & occasu solis commode id nequit fieri: quod quale sit,

le sit, deinde explicat. ἀδύνατον ergo recte legitur pro δυνατὸν, quod interpres retinens, sententiam Plutarchi vitiauit.

484.15. Flaminicam.] vide A. Gellium lib. 10. cap. 15.

484.40. Spectaculis.] Ἰθὺς. Spectacula, ut & interpres habet, & rationi est consentaneum, non θεὰς. Caterum sponse certare ausim legendum esse πολλάκις ἄλση, pro qua voce ἀλλα nullo sensu est submissa. Sex. Pompeius lib. 10. Lucar, inquit, appellatur as quod ex lucis captatur. Et ibidem de Lucaribus festis. In priore κείνῃ puto legi pro κείνῃ. nihil enim huc Cures, à quibus dictos Quirites aliqui putarunt. Quiritis Iuno apud Stephanum in κείνῃ legitur κενῆ: male nifallor. In proximo problemate, φρατέας scripsi pro φρατίας. & puto legendum φρακαλίαις, ex Varronis lib. 5. Fortasse qui suam curiam ignoraret, saltem fornacem suam nosse putabatur, quæ laus in prudentem non cadit. Fornacalia Festus quoque, aut ex eo Paulus habet, ut & stulorum serias. Quest. XC. μάνλι & repono. historia est notissima, & τυραννίδι, διδόν, erat si ommissum à librario παρήχυσιν non animaduertente. & de inter δεδιότες οὐ redde. Historia de filio Licynnij est apud Apollodorum libro bibliothecæ 2. & Pindarum Olympis. Minuta alia prætereo, & c. Questione tamen 98. pro ἀεσπκόντων mihi ex sensu loci persuasi legendum ἀεσπκόντων: quam formulam fortasse non intellexit librarius, ideoque corrupit. Quest. 101. βάλνῃς vnicò λ. legendum. Sed quid Empedoclis citetur, non intelligo: nisi ὁ ποκείμενον materiam Lune significat.

489.32. Vt Tiberium.] ὡς τὸν βέρβριον. atqui nemo, puto, prænomen Verrij vnquam legit: neque si esset, duabus litteris scriberetur opinor. Interpres totum omisit. Ego pro βέρβριον, reponerē Τιτίειον. hoc enim prænomen ne cum Titio confunderetur, duabus litteris TI. scribi obseruatum est. Questione proxima, περὶ ἐλθεγὰς τῆς Βοιωτίας. interpres monstrose, quod pro Bœetiæ libertate pugnavit. Vide Strabonem lib. nono, vbi Plateas describit: & Stephanum περὶ πόλεων. Vide & infra

quaestione Græca 39. Quaestione CXI. 491. 29. Cum in morbo est. *Ἰεχομένους* legendum pro *Ἰεχομένους* sententia docet. & 492. 7. De tecto. *Ἰ ἀπὸ τῶ ἐτέρας*, non ὑπὸ. quod satis ex *Pictoris* apud *Gellium* verbis constat. Vincula per impluuium in regulas subduci, atq; inde foras in viam demitti. *Quaestione 112.* *ἔνα δένδρον* haud dubie significat vitem maritatem vel arboribus, vel etiam tabulatis, quo modo etiam *Græci* nonnulli interpretantur *Grammatici*. In noctibus *Atticis* error est loco iā ante citato. Propagines è vitibus altius subrentis non succidet. legendum è *Plutarcho*, succedet, neq; in solēs, præsertim in *Fabio* tam vetere scriptore, debet videri constructio verbi succedo cum accusatiuo: cum eam *Grammatici* doceant à præpositione, qua hic est sub, proficisci, quemadmodū villam prætereo, non villam eo dicimus: & tecta superuolare, non volitare. Sic *Liuius* de pugna ad *Trebiam*: Simul latebras eorum improuida præterlata est acies. & *Salustius*: *Dextra Adherbalem* adfuit, &c. *Μοχ Σάρον μὴ ὑπερβαίνειν*. quod ipsum ita planissime legitur 8. 7. *Symposiacorum*. in lib. de puerorum educatione est ζυγόν. Sed apparet diuersa esse symbola. vox scopas, κόρυμα significare fere *Grammaticis* dicitur. de allegoria hic non disputo. certe *Diogenes* non habet, & inter ea ipsa omisit, inter quæ *Plutarchus* loco *Symp.* citato memorat.

492. 38. *Bacchanalib.* aliisq; *Ἰοίς δὲ καὶ νυκτελίοις*. Interpretis, nocturnis sacris & *Bacchanalib.* fieri potest vt eadem vsus lectiqne ita tamen ex coniectura verterit. *Νυκτελίων* esse *Bacchum*, ne longius deducam, vel è *Virgiliano* potest dici *Culice*:

Venit Nyctelium fugiens Cadmeis Agæue.

Et inter nomina *Bacchi* *Νυκτελίου* est in libello de è *Delphico*. *Ἰοίς* cauda videtur esse alicuius vocis. de qua coniecturam ferre possem, sed infirmam. Viderint alij, & quid sit illud καὶ χαεῖν? *Hilares* interpretis. quid si legas ἀχαεῖν. *Ebriis*, qui pleni sunt vino facilius ignoscimus, quam garrulitate aut furiosa obturbatione importunitatem temulentorum vincuntibus. *Vbi* est οἱ

ταῖς ἀνθρώπων, omnino ñ est legendum. alia enim causa red-
ditur, quod interpretem fefellit. Porro νεκρία ἐστὶν infra
quæst. Græc. 37. memorantur.

IN QVÆSTIONIBVS GRÆCIS.

495. II. Quippe à Deucalione.] lege ἀτε γερωνέου legeba-
tur ἄ. ratio mea emendationis plana. Superiore problemate
deest lex qua citatur. quod & apud Demosthenem & alios saepe
fit. ibid. τὸ γὰρ ἐννοεῖν καὶ πάτερον suspectum.

496. 39. Deinde Cirram obt.] vitiose hæc leguntur. ἐν
Διόν Κίρρη καὶ ἀβλεύσαντες, Οἶνοκλον τὸν βασιλέα, τὸ, &c.
neg. sat is cõstat, quid legerit aut secutus sit interpres, erravit
quidem certe. Lege meo periculo, Εἰν δὲ τῇ Κίρρη καὶ ἀβλεύσαν-
τες Οἶνοκλον, &c. Tu vide infra questionem 26 & ibi reperies
mea castigationis fundamentum. quanquam ibi Onoclus legi-
tur pro Αἰών & παραύαιοι pro παραύαι ex Stephano. Ego
meas coniecturas in versione sum secutus, deq. his lectorem o-
biter monendum tamen putavi. Sed & illud εἰξάμενος καὶ
ἐκ τὸ μὲν, cum vouisset sacrificium, insolens est eodem proble-
mate. Expunge autem καὶ ante μετασφερόμενον: itaq. concin-
nior est structura, quam si eo relicto legas μετασφερόμενον. Por-
ro apud Hesychium per η̄ scribitur θαυηλὸς, ἀμνὸς. Hic sequen-
te questione per ἰῶτα. Ibidem παρὰ εὐμαίων] lege παρὶ ex con-
suetudine Græca.

498. 9. A mai eiectus.] ἐκ βραδέντα. Sic lego singulari nu-
mero: nam quomodo mare Nessum eiecerit eo locorum, aut qui
cadauer eius in mare peruenit, vix video. & ἐρετριῶν metri
causa scribo in versu Archyta, qui est Heroicus. Vocem concisam
esse ex ἐρετριῶν, etiã Eustathius docuit. quid aut sit μάκων, ñ
nescio: fortassis nomen est alicuius in Ozolis loci. Eustathius in
Catalogum nauium annotauit Erannum olim urbem Phocidis,
dictam deinde Cyparissum. Fuerunt autem vicini Phocensium
Locri. Sed hæc alibi pertractabuntur.